



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

Titulus VI. Epistolæ S. Pauli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79340](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79340)

Deo satisfacere censent, per eleemosynas, quas dant pauperibus, & Religiosis; hoc sine, ut ipsi pro seorent, Deum pro peccatis suis placent. Hoc refellit hic Syracides. q. d. erratis, o miseri, & ceci! quia donum in iniquitate persistentium non probat Altissimus. Est enim dona, & oblationes, in se bona, sanctaque sint, utpote actus virtutum; non tamen ob eas gratus est Deo, qui ea donat; si sit impius, iniquus, & in scelerata vita persistat. Rationem dat: quia quod ipse, ut pius, donando, & offerendo edificat, id est, recte, beneque facit, aliisque dat virtutis exemplum; hoc idem, ut impius, & quasi alter à te pio diversus, suis sceleribus assiduus destruit. Rursus quod ipse, ut pius per se, vel pauperes, & Religiosos, quorum preces per eleemosynas deposcit, orat, & obsecrat, ut fiat; hoc ipse, ut impius, maledicit; & re ipsa orat, ut non fiat: dum DEUM suis sceleribus irritat, & ad vindictam provocat. Cornelius hic.

Frangere esurienti panem suum. II. 8f. 7. Rapinas elargiri, furtum est, non liberalitas. Quam frequenter sacrilegium est, quod putatur religio. Oliva l. 9. Strom. hic.

Exiit qui seminat semen suum. Luc. 8. 5. Magnus princeps, ac Dominus, proprium semen diffundit, ex propriis rebus confert beneficia, non ex alienis. Sylveira hic.

Facite vobis amicos. Luc. 16. 9. Hoc aliqui male intelligentes rapiunt res alienas, & aliquid inde pauperibus largiuntur; & putant, se facere, quod præceptum est. Intellectus hic corrigendus est; imò de tabulis cordis nostri omnino delendus. Nolo sic intelligatis. De justis laboribus facite eleemosynas; ex eo, quod recte habetis, date. S. Augustinus f. 35. de Verb. Dom. Credi potest, illos; quibus cum Christus loquebatur, divitias habuisse iniquas, & injuste partas, quæ dominis restitui non poterant: ideòque eos monuisse, ut egenis darent. Barraudius hic D. 8. Pent.

Dimidium honorum meorum do pauperibus. Luc. 19. 8. Meorum, non alienorum: eleemosynam ex propriis donat; aliena dominis restituit, S. Chrysol. l. 54.

Unde ememus panes? Jo. 6. 5. Non consulit Christus Rex, an pecunia à paupere sit exquirenda; sed undenam ex propria penu possint emi panes in subditorum subsidium? Ideo Philippus, voluntatis Christi conscius, ad pecunias Apostolici marsupij (ex sententia probabili) recurrit: ducentorum denariorum summam exponens. Escobar mir. Chr. t. 1. Obs. 9.

Vide tit: Opera bona.

TITULUS VI. EPISTOLÆ S. Pauli.

Epistola nostra vos estis scripta in cordibus nostris. 2. Cor. 3. 2. Epistola salutis indicium est. Recte ergo ait: quia salus Corinthiorum in corde erat Apostoli, & eorum, qui cum illo erant: semper enim de salute eorum cogitabant. Cum ergo in corde sunt Apostoli, & eorum, qui cum ipso erant; epistola sunt scripta in cordibus eorum: quia qui semper aliquis memor est, scriptus est in animo ejus. Sanctus Ambrosius hic. Hoc est, quod ait: *epistola nostra vos estis.* Quidquid enim illud est, quod eas fecit literas, quæ commendant nos, redduntque reverendos: hoc vos facitis, dum & vident vos, & de vobis audiunt omnes; propterea, quod dis-

cipulorum virtus præceptorem ornare solet, & commendare, plus quam ulla epistola. S. Chrysol. hom. 6. hic.

De Pauli egerice, quam cum persecutor gladio percussisset, dicitur fluxisse lactis magis unda quam sanguinis. Quæ quidem res in Sancto Paulo stupenda non est. Quid enim mirum, si abundat lacte nutritor Ecclesiæ; sicut ipse ad Corinthios ait 1. 3. 2. *Lac vobis posui dedi, non escam.* Quæ Pauli epistola non melle dulcior est, lacte candidior? quæ epistolæ, tanquam ubera Ecclesiarum populos nutriunt ad salutem. Sanct. Ambrosius l. 68. de Natali. SS. Petri, & Pauli.

TITULUS VII. EVANGELISTÆ.

Figura.

Celi enarrant gloriam Dei. Psal. 18. 2. Justi Evangelistæ, in quibus Deus tanquam in coelis habitat, exponunt gloriam

Domini nostri Jesu Christi. Sanct. Augustinus hic.

Sagitta tue transeunt. Psalm. 76. 19. Sagittas hic Evangelistas decenter advertimus, qui præ-